

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 2113

**Auteur(s) :** Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Eudes Rigaud, Rouen (archevêque)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1261, juin

**Lieu d'émission :** Château-Gaillard

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le roi de France, saint Louis, en échange du manoir de Saint-Mathieu, que lui cède et abandonne l'archevêque de Rouen, Eudes Rigaud, quitte celui-ci des rentes qu'il lui devait à raison du vivier de Martainville et de la haute justice de Pinterville.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 670, p.
- b. Bonnin Théodose, *Cartulaire de Louviers*, Évreux, Hérissé, 1870-1873, 6 vol., t. 1, n° CCXXXVII, p. 283-284.

Texte établi d'après b

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex.

Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod cum dilectus et fidelis noster O., Rothomagensis archiepiscopus, teneretur nobis in quadraginta quinque libris Turonensium annui redditus, ratione stanni de Martinivilla juxta Rothomagum, quondam nostri, de quibus quadraginta quinque libris predictus archiepiscopus a nobis emerat centum solidos annui redditus ; teneretur etiam nobis in centum solidis, ratione ville sue de Pintarvilla, quam emerat a Petro de Meullento, serviente nostro, et ejus uxore ; nos, in escambium et in recompensationem manerii sui dicti de Sancto Matheo juxta Rothomagum siti, quod cum prato, gardino et omnibus pertinentiis suis nobiscum permutavit idem et nobis concessit, de consensu capituli Rothomagensis, pro redditibus supradictis, a nobis et successoribus nostris libere et quiete in perpetuum possidendum, sicut idem archiepiscopus ipsum tenebat et possidebat ; ita etiam quod personas religiosas collocare et instituere possimus ibidem, si nostre placuerit voluntati, concedimus et quittamus eidem archiepiscopo et successoribus suis archiepiscopis Rothomagensibus, ex causa permutationis predictae, predictas quadraginta libras, ratione prefati stanni, et dictos centum solidos, ratione ville sue de Pintarvilla, nobis debitos, prout superius est expressum. Concedimus etiam et quittamus, ex causa predicta, eidem et successoribus suis predictis, totam altam justiciam quam retinueramus in predicta villa de Pintarvilla et ejus pertinentiis, ab eodem archiepiscopo et dictis successoribus suis, quiete et pacifice possidendam, ita tamen quod dictus archiepiscopus et successores sui Rothomagenses archiepiscopi nobis et successoribus nostris quinque solidos Turonensium annui census de reddito dictarum quadraginta librarum Turonensium, ratione stanni predidi, singulis annis in duobus scacariis nostris Rothomagensibus reddere tenebuntur.

Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri.

Actum in Castro nostro Gaillarde, anno Domini M° cc° sexagesimo primo, mense junio.